tie, cuius ornatū exponere fortasse longū esset:
illud memoratu dignū, q̄p hec adcō superba su-
praq; fide magnifica, quindecim dīcrum spacio
perfecta est. In ea lapidea moles excelsas exci-
cauit, aspectu mōribus assimiles, omniq; genere
arborū cōſitas. Horū quoq; pensilem fecit, fama
nobilcm: eo quōd uxor eius montanū proſpectū
desideraret, in Medorum regione educata. Haec
itaq; reuult de prædicto rege, & multa super
bac in libro Chaldaicorum: in quo culpas con-
ſcriptores Gracos, quasi uanē arbitratos, à Se-
miramide Assyria Babylonem adificaron, &
mira opera ab illa circa eam fuisse constructa,
false conscripsisse dicens. Ipsam certè Chaldaic-
orum conſcriptionē fide dignā existimandū est,
quanda cū archiū Phoenicū cōcordare uiden-
tur, qua ex Beroso cōscripta sunt de rege Baby-
loniorum: quoniam & Syriam & uniuersam

Phoen

Phœnicē ille subuerit. In his sanè consonat et
Philoftratus in historijs, dum Tyria meminis ob-
sitionis: et Megasthenes in quarto Indicoru-
rum Hercule fortitudine et rerū gestarū magni-
tudine præcessisse. Dicunt enim eū et maximam
Africā partē, et Hispaniā subiugasse. Quae uer-
ò de templo Hierosolymorū relata sunt, et cōcre-
matū esse à Babylonīs, et cōceptū rursum adisti-
cari Cyro tenete Asia principaliū, ex dictis Be-
rosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit.
Nabuchodonosor itaq; posteaq; inchoanit pre-
dictū murū, incidēs in languore, de vita mōgra-
uit, cū regnasset annis tribus et quadraginta.
Huius regni dominus effectus filius eius Euel-
maradochus, propter iniurias et libidines
passus insidias à marito sororis sua Nirigliso-
rore perēpus est, cū duobus regnasset annis.
Quo defuncto, sumēs regnū qui ei fecit insidias
Niriglisoror, annis regnauit quatuor. Huius
filius Laborosardochus, principaliū qdē tenuit
puer existens mensibus nonē: insidias uero pas-
sus, eo q nimis appareret malorū esse morū, ab
amoris exēictus est. Hoe itaq; perempto, cōne-
niētes hi qui fecerant insidias, cōmuni suffragio
regnū tradidere Nabonido cuiusq; erat ex Ba-
bylone ex eadē gente. Sub hoc muri cirea flu-
nium Babylonia ciuitatis ex latere colto et
biuumque sunt cōstructi. Cuius regni anno sepi-
mod

modecimo egressus Cyrus ex Perside cū magno
 exercitu, uniuersa Asia subacta, imperium fe-
 cit in Babyloniam urbe. Sentiens autē Naboni-
 dus invasionem eius & decurrēs cum exercitu
 suo, aeq; cōgressus pugna, nictus & cū pācis
 fugatus inclusus est in Borsippūm ciuitate.
 Cyrus autē Babyloniam obsidēs, & deliberans
 exteriōres muros deponere cīnītatis, eo q̄ nimis
 uidetur munita, & effet ad capiendū ualde
 difficultis, reuersus est ad Borsippūm, Nabonidū
 expugnaturus. Nabonido uero oppugnationem
 non expectante, sed prius supplicante, usus cle-
 mētia Cyrus, et dans ei habitaculū in Carma-
 nia, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaq;
 reliquū uite tempus in illa prouincia conuersa-
 tus est. Hac cōcordantē cū noſtris. Scriptū nāq;
 in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo
 regni sui anno, templū noſtrū ad desolationem
 usq; perduxit, & fuit exterminatiū annis septē.
 Secundo uero anno regni Cyri fundamētis de-
 positus, rursus secundo regni Darii anno perfe-
 ctum est. His prolatis, adyciā etiā Phoenicū bi-
 florias: non enim probationū abūdantia relin-
 quenda est: est enim diu numeratio in illis anno-
 rum: sic enim habent: Sub rege Ithobalo Na-
 buchodonosor obsecit Tyrum annis tribus &
 decem. Post hunc regnauit Baal annis decem.
 Post hunc iudices constituti sunt, & indicauero
 bi. & cnibalus Basilechi, mēsibus duobus: Chel-
 bis

bis Abdici, mēsibus decē: Abbarus pontifex
mensibus tribus: Mythonus & Gerasius ab-
dūtū, indices annis sex: inter quos regnauit
Balacrus anno uno: quo moriēte: minētes euo-
canere Merbalū ex Babylone. & quātor re-
gnauit annis. Eo quoq; moriente, euocanere fra-
trem eius Iromum, qui regnauit annis uiginti.
Sub hoc Syrus Persarū habuit imperiū. Qua-
proprie omne tempus est annorū quinquagin-
taquātor: & mēsum trium. Sepe imo siquidē
anno regni sui Nabuchodonosar cœpit obside-
re Tyrum. Quārdecima autē anno regis Iro-
mī. Cyrus Persarū tenuit principatū. Consuane-
sunt que de templo scripia sunt à Chaldais ac
Tyrīs, cū literis nostris, Manifestum uero &
sine cōtentione testimoniū est, de predicta gene-
riu nostri antiquitate. Et his quidē qui nō ual-
de concēdūt, sufficere iudico que premisi sunt.
Oportet autē nō credentibus Barbaricis cōscrip-
tionibus, sed solis Gracis fidē habendā esse di-
centibus, adhuc multos exhibere testes, etiam
Gracos, scieries nostrū genus. & opportuno se-
pore eis habētes mentionē. Pythagoras igitur
Samius, cūm sic antiqua quidē atare, sapientia
uero & dinīa pieiā philosophos omnes ex-
cellens, nō solum qua nostra sunt agnouisse ma-
nifestus est, sed etiā emulatus ea ex multis ap-
paret. Et eis quidē cōscriptio nulla reperitur:
multi tamē de eo reuelere: quorum insignior est
Her-

Hermippus, ut circa omnē historiā diligētissi-
mus indagator. Refert itaq; in primo de Pytha-
gora libro, qd Pythagoras uno familiarium suorum
defuncto, nomine Calliphonte genere Crotonia-
te, illius animā dicebat secū degere die nocturnū;
qd p̄cip̄eret, ne nō trāfīret locū, ubi asinus
lapsus esset. qd ab aqua feculenta sc̄metipsum
abstineret, qd ab omni blasphemia recederet.
Deinde sequit̄. Hac autē agebat atq; dicebat,
Iudaorū et Thracū opinione imitatus, ac trāf-
ferens in sc̄metipsum. Dicitur enim uerè, qd ille
uit multas Iudaorū leges in suā trāstulit philo-
sophiā. Fuit autē etiā p̄ ciuitates nō ignota olim
gens nostra: qd mulii iam mores ad quasdam
transierunt, qd emulatōne digni à nōnullis ha-
bebantur. Quod manifestat Theophrastus in
his qua scripsit de legib;. Ait enim, quia pro-
hibent Tyrorū leges qd peregrino sacramento
iurare. Inter qua sacramēta cum quibusdā alijs
etiā iurandū, quod Corban appellatur, enu-
merat, apud nullos autē hoc inuenitur iuramen-
tum, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur
ex Hebraica lingua, donū Dei. Verū neq; Her-
rodotus Halicarnassensis nostrā ignorauit gentē,
sed quodammodo eius meminisse cognoscitur.
De Colchis enim referens, in secūdo libro sic dī-
cit: Soli autē inter omnes Colchi, qd Aegyptijs
qd Aethiopes, uerenda ab initio circumciduntur.
Phœnices uero, qd Syri in Palastina confren-

etur hoc ab Aegyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thermodoonie & Parthenium flumini commorantur, & his vicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi nāq; sunt inter homines soli, qui circūcidūtūr: & isti sicut Aegyptiis sacre dicuntur. De Aegyptiis autē ex Aethiopibus dicere nō possum, utri ab alteris didiscere. Dixit ergo Syros, q; in Palaestina sunt circūcidi. Omnes autē qui habitat Palaestinam, soli Iudei circunciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin & Chœrilus, aneius poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militare nostri maiores cum Xerxe Persarum rege contra Grecos: & enumeras universas gentes, nonissimam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens cæstra secuta,
Phœnissam ignoto lingnam mittebat ab ore.
Sedes huic Solymi mōtes, stagnū prope nastū,
Tonsa caput circum, squallēti uerice equini
Exunias capit is durata igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo q; & Solymi montes in nostra regione sunt cōstenti, in quibus habitamus, et stagnum, quod dicitur Asphalites: hoc enim inter omnes stagnū in Syria lat⁹ ac maius est. Et Chœrilus quidē ita nostri meminit. Quod autē nō solū sciebat Iudeos, sed etiā in quoque incidenter admirabātur, nō ē uulgo Graci sed ob sapientiā celebres, ostendere facile est. Clearchus enim

enim Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nulli secundus, in primo lib. de somno, dicit Aristotelem doctorē suū de quodā uiro Iudeo. ita referre: & ipsi Aristoteli eundē sermonē ascribit, quod ita conscripī est. Sed alia quidē longum est dicere. Quia uero habere potuerat illius admirationē quandā atq; philosophiā, ea duco operapreuum referre. Et Hyperochides: nehemer, inquit, audire desideramus uniuersi. Ignoratur secundū praecepta, Aristoteles inquit rhetorica, eius genus primo indicabimus, ne reluemur doctoribus praeceptorū. Dic, inquit Hyperochides, ita si placet. Tum ille: Genere igitur Iudeus erat, è Cœlesyria: qui sunt ex propagine Philosophorum In Corū, uocanturq; (ut aiunt) philosophi, apud Iudos Calani, apud Syros autē Iudei nomen accipientes à loco: locus enim ubi habuit, appellatur Iudea: nomen uero eorū ciuitatis ualde difficile est: uocāe enim eā nomine Hierusalē. Is igitur homo multos hospitio. recipiens, & de superioribus ad maxima descendens, granissimus erat nō solū eloquio, sed etiā animo. Et iūc nobis degētibus apud Asia, cū diuinus homo uenisset ad ea loca, cōfabuliricecepit nobiscū, & cū alijs scholaſticis eorū sapiētiam tentās, cumq; multi eruditiorū cōgregaretur, tradebat potius aliquid eorū que habibat. Hac ait Aristoteles apud Clearchū, & super hoc multā ac mirabilē cōtinentiā Iudei uiri in cibis.

sibus ex castitate narrat. Licet autem uolentibus
haec ex ipsis lectione cognoscere: ego enim re-
fugio plus quam deceat inscrere. Clearchus igitur
facta digressione, cum aliud proposuū haberet,
nostrī generis ita meminit. Hecataeus autem Ab-
derita, uir philosophus simul ex circa actiones
industriis, cū Alexādro rege nueritus, ex cū
Ptolemao Zagi cōmoratus, nō obiter, sed inte-
grum de ipsis Iudeis cōscipit librū. Ex quo uo-
lo breviter quadā eorum quae ab eo sunt dicta
percurrere. Sed primius tempus ostendā: me-
minit enim pralij, quo circa Gazam Ptolemaeus
cōflicxit cū Demetrio, quod utiq; cōtigit unde-
cimo quidē anno post mortē Alexādri, Olym-
piade uero septima ex decima atq; cētesima, si-
cui refert Castor: adiiciens enim hāc Olympia-
dem, dicit: Sub hac Ptolemaeus Zagi uicit in
Gaza prelio Demetriū Antigoni, qui uoca-
batur Poliorcetes. Alexandrū uero proficietur
uniuersi cētesima ex quaredecima Olympiade
fuisse defunctū. Palam ergo est, quia ex secun-
dum illud tempus, ex sub Alexādro genus flo-
rebat nostrū. Dicit igitur Hecataeus, quia post
praliū ad Gazam, Ptolemaeus locorū quae sunt
circa Syriā dominus est effactus. Et multi ho-
minū cognoscentes mansuetudinē ex clementiā
Ptolemai, cū eo proficiisci ad Alexādri, ex re-
bus cōmunicare uoluere. Quoruū unus, inquit,
erat Ezechias pōtīfex Iudeorum: homo atate

quidē quasi sexaginta & sex annorū, dignitate
nērō apud contribules maximus, & animo sa-
pientissimus, potentissimus ad dicendū, & cir-
ca causas sicut nullus alius expertus. Dicit etiā
omnes sacerdotes Indoorum qui decimas acce-
piunt, & universa in cōmuni gubernant, circa
mille & quingēcos existere. Rursus autē pra-
dicti nīri faciēs mentionem: Hic, inquit, homo
hunc honorē gerēs, & assuetus esse nobiscū, as-
sumens aliquos suorū, differentiā cunctā expo-
suit: & habitationē suā & cōuersationē, quam
scriptā habebat, pariter indicauit. Deinde pa-
lām facit Hecatæus, quales circa leges exis-
tūs: & quia omnia sustinere, ne transcendā-
mus eas, eligimus: & hoc esse optimū judica-
mus. Dicit igitur hac: Et male sapientis à finiti-
mis audiētes, & omnes cōcūmelias passi à Per-
ficiis regibus & satrapis, non possunt mēte mor-
tari. Sed cū magna exercitatione, de his practi-
pū omnibus respondere parati sunt. Perhibet
autē etiā indicia fortis animi circa leges nō par-
ta, dicens, Alexādro quondam in Babylone con-
finio, & uolente Beli templū quod corruerat
renovare, cunctisq; miliebus simulacrum
portare præcipiēt, solis Iudeos hoc facere non
sustinuisse: sed etiā multas ploras, & deiriment
ea perculisse nō modica, donec eis ignoscēre re-
ge securitas præberetur. Qui diu ad prouin-
ciam, inquit, propriā reuersi fuissent, templo ex-
alba.

alitaria fabricata omnia destruxere. Et pro alijs
quidē mulētam satrapa exoluere, pro alijs uero
ueniā cōsecuti sunt. Adycie autē, q̄ merito ob
Bac mirabiles sunt. Et q̄ ḡs nostra fuit multo
rum hominū numero copiosa: sed multa mīlla
nostrorū traduēta, in Babylonia Perse primā
collocarūt: nec pauca eiā morte Alexāndri in
Aegyptum & Phoenicē sunt trāslata, proprie
seditionē in Syria factā. Idē uir & magnitudi
nem prouincie quā incolimus, pulchritudinēq;
narrauit. Penē decies trecēa milia, inquit, in
gera terrarū optimarū uberrime prouincie pos
sidere noscēmus. Indea nāq; huius est amplius
dīnis. Et quia eiā ciuitatem ipsam Hierosolyma
morū spacioſam & maximā olim inhabituamus.
& uirorū multitudine copioſam, nec nō & iē
pli cōſtructionē, idē ipſe ſic refert: Suni autem
Indeiorū & alie quidem multa munitiones per
prouincia; atq; uici. Una uero ciuitas muniti
ſima, habens precipue circuitem quinquaginta
ſtadiorū, in qua cōmoranter hominū circ. 1 ceniū
& quinq; agmina mīlla, nomine Hierosolyma.
Est autē in media ciuitate lapidea quadripor
ticus, ceniū pādū circuī cubitorū, habēs eiā da
plices ianuas: in qua arā est quadrāgula figura
tione cōposita ex lapidibus nō dolatis ſed colle
ctis, unūquodq; latuſ uiginti cubitorū latitudi
nem habēs, altitudinē uero decē, et circa eā ma
cina fabrica, ubi altare eft cōſtitutū & cāde
labrum.

labrum, uiraq; aurea, duorū calentorū pondus
habētia: & inextinguibile lumen noctibus &
diebus. Simulacru uero aut aliquod anachima
ibi nequaquam est, nec ulla plantatio: nullus ibi
ueluti lucis, aut aliquid huiusmodi. Habitare
autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes,
quasdam purificationes agentes, & omnino uinum
nō bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum
Alexandri regis successoribus postea militarē,
estatuit hoc modo, dicens ea que cognouerit à
uita Iudeo in expeditione constituto: cuius her-
ba subiectam. Ait enim: Me siquidē eunte ad
mare rubrum, una secutus est quidam cū alijs eque-
strium Iudeorū nos deducere, nomine Mo-
follamus, uir animosus, inter omnes sagittarios
Gracos & Barbaros praeceps. Is igitur homo
properatibus muleis pariter, et quodam uate an-
gurium capiāte, & petere ut cuncti stareret in-
terrogauit, cur substitissent omnes. Ollēdēte ne-
rō ei uate aut quā intuebatur, atq; dicere: qd si
quidem expediret cis ut maneret omnes, starer-
et aut: si uero surgēs anterius euolaret, procede-
rent, si uero post tergū iret, recedere cūctos opor-
teret: rursum racēs, arcūq; trahit sagittā emi-
sus: & aut percussam intercermit. Indignantibus
uero uate & quibusdam alijs, & maledicētibus
ei: Quid furitis, inquit, insatissimā aut sumē-
tes in manus? hac enim suā salutē nesciēs, de no-
stro itinere nobis prosperitate possemus, indicare?

Si enim præscire futura ualuerisset, in hunc locum nequaquam uenisset, metus ne sagitta à Mosollamo Iudeo periret. Sed Hecatæ testimonia iam quiescant: facile nāq; est, uolentibus ipsum librum legere, & hec apertius inuenire. Non uero me pigebit Agatharchidē ineroducere, licet homo minime malus, ut ei uisum est, nobis detraxisse uideatur. Is enim narrās de Siratonicis, quēadmodū uinit in Syria ē Macedonia uiro suo Demetrio derelicto: Seleuco autē uxore eā ducere molente, quod illa sperabat, exercitu eius in Babyloniam posito, circa Antiochiam bella monit. Deinde quomodo reuerso rege Antiochia capta, in Seleucia illa fugiens, cūm possit uelocius ab nauigare, somnio prohibita ne faceret, capta atq; defuncta est. Hac ergo præfatus Agatharchides, & derogās superstitioni Siratonicis, uittur exēplo generis nostri, sic scribens: Qui uocantur Iudei, habitat omniū munitissimam ciuitatē, quā uocare Hierosolymā prouinciales solēt. Hi uocare cōsueti sunt septima die, & neq; arma portare in predictis diebus, neq; serrā culturā cōtingere, neq; alearius cuiuspiam curā habere patiuntur: sed in tēplis extēdentes manus, adorare usq; ad uesperā soliti sunt. Ingridente uero in ciuitatē Ptolemeo Lago cum exercitu & multis hominibus, cūm cuſlodire debuerint ciuitatē, eis stulticiā obseruantibus, provincia quidē dominū suscepit amarissimā:

lex uero manifesta est malā habere solennitatem: huiusmodi autē casus, prater illos, alios quoq; docuit uniuersos: ut iūc ad somnia et opiniones que eratabantur de lege cōfugiant, diuī circa res necessarias ratio nihil ualeat humana. Hoc quidē Agatharcidi uideatur esse ridiculū: eis autē q̄ hac examināt integrū, apparet magnū. Et præcipua laude dignissimū: si Et saluti Et patria quidē, custodiā legū pietatemq; diuinā præponere cōcupiscāt. Quod uero nō ignorātes quidā cōscriptiorū gentē nostrā, sed propter inuidiā quasdā ob similes causas memoriam nostri omiserūt. hoc indiciū me arbitror esse prabitum. Hieronymus enim qui de successorib⁹ cōscriptu historiā ipso rēpore quo. Hecatans fuit: Et amicus existēs regis Antigoni Syria præsidebat. Verū Hecatans etiā librū conscripsit de nobis: Hieronymus autē nequaquam nostri in historia meminit, licet penē in ipsis locis nuntiatus esset. In tantū uolūtates hominū differebāt: alier nāq; dignos existimauit de quibus diligenter memoria proderet: alierum uero omnino circa ueritatē quedā paſſio cernit obscurasse. Sufficiunt tamē ad comprobationē antiquitatis nostra, Aegyptiorū Et Chaldaorū atq; Phoenicū historia, Et super illas Græcorum pariter cōscriptores: nā prater supradictos, Theophilus etiā, Et Theodosius, Et Mnaseas, Et Ariphe-nes, Et Hermogenes, Et Euemēns, Et Conon,

Et Zopy.

*C*et Zopyrios, *c*o*m*uli foreasse alijs (non enim
ego omnibus libris incubui) non obiter nostrā
fēcere mentionem. Plurimi namq; predictorum
nitorum, ueritate quidem antiquarum rerum
frustrati sunt, quia lectio*n*i*sacra* nostrorū nō in-
cubuere librorū: cōmuniter tamē de Antiquita-
te testati sunt, pro qua nūc dicere proposui. Pha-
lereus sanè Dicmeirus, *c*o*m* senior Philon, *c*o
Eupolemus, non multum ueritate frustrati sunt:
quibus dari ueniā dignum est. Non enim inerat
eis, ut nostras litteras possent omni scrupulō sitate
sequi. His ita dictis, unū adhuc mihi capitulo*m*
est relatum ex his qua in principio libri posui,
quatenus derogationes *c*o*m* maledicta, quibus
utuntur quida cōtra genus nostrū, falsas ostendāz
*c*o*m* conscriptoribus eorum testibus utar, quando
cōscribenes hac cōtra semelipso*s* locuti suni ta-
lia. Quod uero multis alijs hoc enuit proper
quorundam odia, arbitror intelligere eos qui in
historijs uersari solēt. Quidā enim genium, *c*o
gloriosissimā ciuitatum sedare nobilitatem,
*c*o*m* cōversationi detrahere sentauere: Thcopom-
pus quidem Atheniensium, Lacedamoniorum
uero Polycrates. Is autē qui Tripoliticum con-
scriptus (non enim Thcopompus hoc fecit, sicuti
quidem putans) etiam Theborum momordit
urbem. Multa uero etiam Timaeus in historijs
de predictis, *c*o*m* de alijs blasphemavit. Et hoc
principue faciūt, quando gloriosissimos in aliqua.

parte calumniantur: quidam propter inuidiam
 atq; malevolentiam, alijs uero propter uerbosam
 nescitatem memoria se dignos indicantes: et apud
 statos quidem nequaquam hac spe fraudantur,
 qui non sanum noscuntur habere iudicium, sa-
 ni uero auditores eorum malignitatem condemnabunt.
 Blasphemarij igitur in nos sape cōgestarū
 huiusmodi causa est. Volentes Aegyptijs grati-
 ficari quidā, ueritatem corrumpere tetrauerē. Et
 neq; aduentū in Aegyptū nostrorū progenito-
 rū, sicut cōtigni sunt cōfessi? nec rursus egressum
 cū ueritate dixerē: multasq; causas ody ac ini-
 die pariter habuere. Principio quidem, quia in
 eorum regione nostri progenitores potentes effectū
 sunt: unde regressi ad propria denuo fuere felis-
 ces. Deinde sacrorū diversitas, multas inter eos
 fecit inimiciias: in tantū prastantiore nostra pie-
 tate quā solēnitates illorū, quantum Dei natura
 animalibus irrationalibus sine dubitatione pra-
 flat. Communis namq; apud illos ritus est, cīnse-
 modi bruta arbitrari deos: singillatim autem alijs
 alia colunt, uani ac fusi omnino homines, &
 ab initio usi his malis opinionibus confueri:
 propterea nequaquam imitari nostram hone-
 statem de diuina ratione posuere. Videntesq;
 multos nostram zelari cōversationem, inuidiam
 habuere, ex ad tantam facitatem ac pusillanē-
 mitatem quidam perducti sunt, ut non pigeret
 eos etiam contra antiquas suorum scripciones

alij

aliqua dicere. Qui cum hoc faciunt, sibimetipsis
adversa conscribere passione tacitatis ignorare.
In uno tamē & maximo uiro uerbū meū cō-
probabo, quo uisus sum ante paululum nostra
Antiquitatis teste. Manethon itaq; qui Aegyptiacam historiā ex literis sacris se mīcō-
p̄taturū pollicitus est, p̄fatus nostros progenito-
res cum mulieribus in Aegyptū aduenisse,
& illic incolas subiugasse: deinde ipse confessus
est, quia posteriori ēpore amictes eam, prouin-
ciam qua nunc India uocatur obtinuisse: &
adūcātes Hierosolymam, construxisse templū.
Et hactenus conscriptiones secutus est antiquo-
rū. Deinde usurpās sibimet licetiam, professusq;
se scribere ea qua in fabulis vulgaribus ferūtur,
incredibilia uerba de Indis inferuit, uolēs per-
miscere nobis plebem Aegyptiorum leprosorū,
aliorumq; languentium, quod, sicut ait, ab om̄i-
natione ex Aegypto fuga dilapsi sunt. Ame-
nophin enim regem adiecit, quod est falsum no-
mē. Et proprieatē tempus regni eius nequaquam
diffinire p̄sumpsit, cum aliorū regū omnes an-
nos perfectè proculerit. Hinc itaq; quasdam an-
nectit fabulas, penē oblitus, quod egressum pasto-
rum ad Hierosolyma ante quingentes decim et
octo annos factum esse proculerat. Themusis
enim erat rex, quando egressi sunt. Et ab hoc
tempore, regum qui postea fuere, anni sunt tre-
centi uona ginta tres, usque ad frātres nomine

Seibonem, & Hermaeum: quorum Seibonem
quidem Aegyptium, Hermaeum uero Danaum
denominatum dicit: quem expellens, inquit, Se-
thon, regnante annis quinquaginta. & nonem:
& post hunc senior est filius Rampses annis sexagin-
tiasex. Ance eoe igitur annos egressos ex
Aegypto patres nostros cōfissus, deinde Amen-
ophin adiiciens regem, hunc ait et deorū fuisse
contemplatorē, sicut Orum quendam priorū regū:
& implesse desideriū eius sacerdotem Amen-
ophin natū ex patre Papio: qui uidetur quasi
divina participare natura, secundum sapientiam
prescientiamq; futuorum. Et dixisse regi hunc
eognominem, quod posset uidere deos, si prouincia
aleprosis & alijs maculatis hominibus pur-
gare contenderet. In quo lacum regē, omnes dicie-
corpore debiles ex Aegypto cōgregasse. & fe-
cisse multitudinem numero octuaginta milia.
Eosq; ad scilicet lupidū in partem Nili orien-
talem misisse: simul et alios Aegyptios, quibus
hoc erat iniunctū. Fuisse autē quosdā inter eos
etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait.
Amenophin uero illū sapientē diuinūq; nūrum
refere cūmissee & erga se ipsum & erga ro-
gum deorum indignationem, qui aperiē suase-
rāt eis ut mō geri: & dixisse, quoniam auxiliaren-
tur quid in maculatis hominibus. & Aegyptiū
obtineret tredecim annis. Et haec eu nō quidem
presumpsisse regi dicere, sed de his hominibus

conscriptum reliquisse librum, ac sibi mortem
consciuisse. Et propter ea regem in anxietatem
maximam peruenisse. Deinde ad uerbum hac
refert: Itaq; rogatus rex, ut ad requiit et su-
cavent eorum secerter ciuitatē, deseritam urbem,
quaē suorum pastorum, nomine Auarim, praebevit
eis. Est autē hēc ciuitas secundum iheologiam
antiquam, Typhonis. Porro illi in hanc ingressio-
nem locum hunc ad rebellandum optimum, du-
cem sibi me quendam Heliopolitanorum Pon-
tificum Osarsiphum constitueret, et huic se obe-
dire in omnibus iurauerunt. At ille primum
quidem eis legem posuit, ut neq; deos adoraret,
neq; ab animalibus, quaē praecipue sacra apud
Aegyptios erant, se penitus abstineret: nulliq;
copularentur nisi cum quibus foedus habere uti-
debantur. Hac autē sentiens, et alia plura, ma-
xime Aegyptiorum consuetudinibus inimica,
praecepit multo opere muros adificari ciuitatis:
et ad bella preparari contra Amenophin re-
gem. Ipse uero assumēs seū etiā alios sacerdotes:
et maculatorū quosdā, misit legatos ad pastores:
qui uidebātur à Thutmose rege depulsi ad Eie-
rosolymorū urbē, causas suā et aligrū qui simul
fuerant exhortati significans. Et poscens ut pa-
riter cōtra Aegyptiu castrarearetur, promisiq;
eos fore uēturos: prīmū qdē in Auarim proge-
nitorū suorū prouinciam, et necessaria populiis
abūdansius exhibēda: pugnauros autē opporireno.

etmp

tempore, et prouinciam facillime subdiuerositatem
 Illi uero latitia cumulati, omnes alacriter usq;
 ad ducēta milia uirorum pariter sunt egressi: et
 non post miliū ad Asiarum usq; uenire. Atque
 nophis autem Aegyptiorū rex, dum illorū au-
 disset invasionē, non mediocriter perculsus est,
 dum recordaretur quod ei predixerat Ameno-
 phis Papū. Et primum quidem congregas Aegyptiacam plebem, facto cōfilio cum principibus
 eorū animalia sacra, et que praeципue a sacerdo-
 tibus honorabantur, antē premisū: et sacerdo-
 tibus particulariter iusserit, ut simulachra eorum
 caute celarent. Filiū uero Seihonē, qui etiam
 Ramesses à Rampse patris nomine uocabatur, cū
 quinq; esset annoru, apud suū cōmēdanit amicū.
 Ipse uero transiēs cum alijs Aegyptijs, usq; ad
 trecenta milia uirorum, bellatoribus uiris occurres;
 cōgressus non est. Putans enim semetipsum con-
 tra Deum pugnare, retrorsum reuersus uenit ad
 Memphis: et sumēs Apim et alia sacra, mox
 in Aethiopiam cum uniuersis manibus et mul-
 titudine uenit Aegyptiorū. Per gratiam namq;
 erat ei subiectus Aethiopū rex: propter quod
 inscipiens etiā populū uniuersum, prabuit ali-
 menta hominibus necessaria, quae prouincia mi-
 nistrabat, et ciuitates ac uicos, qui ad fastigium il-
 lud erat decim annoru exiliuer sufficerent. Et in
 Aethiopia quidē haec gesta sunt. Solymita ue-
 rō descendentes cū uiris pollutiis Aegyptiorū, sic
 pestis

peſſime hominibus uſi ſunt; ne eorum uictoria
eſſet peſſima hiſ, qui runc eorū impietates inſpi-
ciebant. nō ſolū etenim ciuitates & uicos conere
manere, ſacrilegia facientes, & deorū idola de-
uauitantes, ſed etiam ipta ſacra animalia que co-
lebantur crudeliffime diſcretferunt, perempto-
res & occifores horū ſacerdotes atq; prophetas
eſſe cogentes, quos etiam expellebant nudes. Di-
citur itaq; , quond politiam & leges eiſ cōpoſuit
ſacerdos quidam, genere Heliopolites, nomine
Osarsiphus, uocatus ex nomine Osirens Heliopo-
litani dei: qui dū cōuersus fuifet ad hoc genus,
mutauit nomē & uocatus eſt Moses. Que igi-
ſur Aegyptū de Iudaïſ ferūt, hæc ſunt. Sed &
multa breuitatis cauſa pretereo. Dicit autē rur-
ſus Manethon, quia poſtea Amenophis, ex
Aethiopia digreſſus eſt cum magna uirtute: fi-
mule & filius eius Rāpſes, & iſfe habēs magnū
exercitu. Et cōgredi cōtra paſtores atq; polluitos
uicerunt eos: & multus caſis perſecuti ſunt eos
uſq; ad Syria fines. Haec equidem & huiusmodi
Manethon conſcripsit. Quia uero anilia loqui-
tur deliramenta, atq; mētitur, aperia ratione mo-
ſtrabo: illud primo diſtingueſ, quod poſtea reſe-
rendum eſt. Is enim cōceſſit nobis, atq; profeſſus,
eſt, quod ab initio non fuerint Aegyptū genere
ſed extrinſicus illuc adueniſſent, & Aegyptū
obeiuifſent, & ex ea rurſus egrēſi ſint noſtri
progenitores. Quod uero nobis poſtea permuxi
non

non sunt Aegypti corpori debilitati: & quod
ex his non fuit Moses, qui populi eduxit ex Aegypto, sed ante multas generationes extitit, per ea quae ipse dixit, conabor ostendere. Prima itaq;
causam posuit signum ridiculam. Rex enim, inquit,
Amenophis concupiuit uidere deos. Quos pri-
mas? siquidem qui apud eos solennes erant, Bœne, et
Hircus, & Crocodilos, et Cynocephalos, videbatur.
coelestes autem quomodo poterat? & cur hoc ha-
buit desiderium? quia utiq; & prior rex alter hos
uiderat? Ab illo ergo audiens, quales essent, &
quicquam egebat aris: sed forte sapiens erat ille uates, per
quem hac rex posse agere confidebat. Quod si
ita fuisset, quomodo impossibiliū concupiscentiam
non præscivit? non enim euenit quod vouluit. Pro-
inde quam rationem habere posuit, ut propter
mutilos aut leprosos ei inuisibilis effensi? Ira se-
cur enim propter impietas, non propter corpo-
rum uicia. Deinde tam multa milia leproso-
rum & male habentium, una penè hora quo-
modo fuit possibile congregari? aut quomodo
rex non obediuit uati?ille namq; precepit debili-
les Aegyptios exilio deportari, hic autem eos
ad sectionis lapidum destinavit, tanquam ope-
rarijs indigens; & non purgare proniciam uolens.
Alii autem quod uates semetipsum pere-
mit, praudens deorum iram. & qua erant in
Aegypto fuitura, & conscripserunt librum regi
utique.

relicuit. Proinde quomodo ab initio uxoris etiam suum interitum non praescivit? quomodo non reprehente regi contradixit uolenti uidere deos? aut quara ratione timebat, iam non sui temporis calamitates? aut quid nam grauius imminebat, quod morte praeueniret? Quod nero inter omnia statius est uideamus: Audiens enim hec, inquit, ex de futuris iam metuens, debiles illos quibus Aegyptum purgare debuerat, neq; tunc de provincia pepulit: sed rogantibus eis, sicut ait, ciuitate dedit dudum à pastoribus habitatā: que nobis cabatur Axoris. Ad quam congregati, principem, inquit, delegere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neq; deos adorarent, neq; ab Aegyptiaca festinitatis animalibus abstinerent, sed omnia perimerent, atq; consumarent, nulliq; penitus miscerentur. nisi cum quibus coniurari esse uidebantur: ex iureinando multitudine obligata, quatenus in eis legibus perdurarent. Quarim ciuitatem munitione contra regem dicit eos bello sumpfisse. Adiecit autem, quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxilijs exhibendis, ex daturum Axoris cōpromissēs, qua foret ex Hierosolymis uolentium exire maiorum: ex qua procedentes omnem Aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem uenisse cum ducentis milibus armatorū. Regem nero Amenophin Aegyptiorum, cūnus nolle repugnare deo, mox ad Aethiopiā resurgisse

gisse, & Apis cum alijs sacris animalibus de-
 nuxisse. Hierosolymitas uero inuasione facta, &
 ciuitates depopulatos, & templa concrematisse.
 & equestres peremisso refert: et nulla iniuriae
 aut crudelitate abstinuisse. Qui uero politia &
 leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, erat genere
 Heliopolites, nomine Orsasiphus, vocatus ab ap-
 pellatione Osireos Heliopolitani dei; & mutato
 nomine dictus postea Moses. Terciodecimo uero
 anno Amenophin, postquam regno pulsus est, ex
 Aethiopia proscelutum cum multis milibus dicit:
 & congressum contra pastores atq; pollutos, ha-
 bita confictione, uicisse. & multos ineerficietem,
 usq; ad fines Syria persecutum. In his iterum non
 intellexit sine uerisimilitudine se meneiri. Lepro-
 si nanq; & cu[m] eis multitudo collecta debiliu[m], li-
 cet primutus irascerentur regi, circa se utiq; ta-
 lia facie[n]i, secundu[m] premonitionem uatis, tamen
 cum a se[ci]lione lapidum sunt egressi, & prouin-
 ciā percepero, omnes circa eum mitiores effecti
 credendi sunt. Porro si adhuc & illum odio ha-
 bebant, seorsum magis insidiari potuissent, non
 omnibus bellū inferre, cu[m] scilicei plurimi existen-
 tes multorum illic cognationes haberent. Pro-
 inde etiam si contra homines pugnare decreue-
 re, non tamen contra deos impietatem gerere
 presumebant: nec contraria suis agere legibus,
 in quibus educati esse noscuntur. Oportet itaq;
 nos Manethonigratias agere: quoniam huic

iniq

iniquitatis principes dicit, nō eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, & maxime sacerdotes, atq; iuris iurandi vinculū illorū multitudine conuenisse. Illud autē quonodo nō irrationabile est? Domesticorū quidē & amicorū nemo cū illis rebellaruit, nec periculorū belli pariceps factus est: sed misere maculatos ad Hierosolymā, ut ab eis auxilia posceret. Quanam amicitia aut societas intercedentes hostes enim magis erāt, & moribus plurimū differebāt. At illi cōfestim, ut aie, vocātibus morē gessere, nēpe inducti pollicitationibus, & Aegyptiū occupaturi essent. Quasi ipsi nō admodum eius regionis gnari essent, ex qua per uim pulsi fuerāt: qui si cum misera aut egenā uitā egissent, merito fortasse negotiū aggressi essent. Cum autē urbē habitarē fortunam, & agrū amplū meliore Aegypto colerēt, quid tandem erat, cur ob ueteres hostes, eosq; corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculū adirent: neq; enim futuram regis fugā presciebant: nam, ut ipse dixit, filius Amenophis cū trecentis milibus ad Pelusium occurrerat: & hoc quidē omnino sciebant qui proficiabantur: mutationē uero propositi & fugam unde cōiectare poterāt? Deinde occupatis horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanū exercitū: atq; hac eis exprobrat: quasi non hostes eos induxit: aut quasi hæc sint

aliunde accito militi obicienda, cum eadē ante adūnētū eorum fecissent, facturosq; se iurassent ipsi Aegyptiū. Quinetiā aliquāto post Amenophis hostes aggressus prælio uicit: fusosq; ac fugatos Syriam usq; persecutus est. adeò scilicet Aegyptus est omnibus undecunq; inuadētibus captu facilis: & qui tunc ea iure belli potiebātur, cum scirent Amenophin nūdere, neq; aditus ab Achit pia cōmuniuerāt, multas ad hoc cōmoditates habentes, neq; alioqui copias contraxerant. Ille uero usq; Syriā trucidans eos (me ait) persecutus est per arcuosa & inaquosa loca. Scilicet ea uel quicq; exercitu transire expeditū est. Igit̄ autore Manethone neq; ex Aegypto genus nostrū oriūdū est, neq; illinc aliquā admixti sunt. Leprosorū enim & morbidorum muleos in lapidicinis perisse uerisimile est, multos in pralys, plurimos uero postremo & in fuga. Superest ut de Moyse illi coneradicā. Hunc uirū mirandū Aegyptiū & diuinū existimare, sed nō sine blasphemia incredibili sibi vindicare conatur: dicētes Heliopoliten esse unū sacerdotū, ob lepram cū alijs pulsū. Ostenditur autem in ratione temporū. D X V I I I . annis prior fuisse, & patres nostros ex Aegypto in regionē quā nunc tenemus eduxisse. Quod uero eiusmodi calamitatis corpus expers habuit, ipsius dicta indicat. Leprosis enim & oppidis & nūcis interdixit, ne seorsim in lacro nestum agane:

& cum

Et cum qui eos attigisset, aut sub idem teclum
 successisset, pro impuro habet. Quin etiam si eo
 morbo liberari, et in pristinum restitui coen-
 gat, prescripsit certas purifications, mudatio-
 nes, et fontanarū aquarū lauacra, et omniū pi-
 lorū abrasiones: multisq; et varijs sacrificijs per
 actis, cum demū sanctā urbē adeunda. Atquā
 conterā par erat q; salē calamitatē experens esset
 prouidentiā aliquā ac humanitatē exhibere si-
 mili infortunio pressis. Nō solū autē de leprosis
 sic leges tulit, sed ne minima qdē corporis parte
 mutilatos ad sacrorum curā admisit. Sed etiā si
 iam sacerdoti aliquid tale accidisset, honore cū
 priuauit. Quomodo igitur uerisimile est illum
 has aduersus semetipsum cū opprobrio suo dā-
 noq; tulisse leges? Quim et nomen malde in-
 credibiliter mutauit. Osarsiph enim (inquit) no-
 cabatur. Hoc ad transmutationē nihil quadrae.
 Verū autē nomen significat ex aqua seruatum
 Rosen. Nā aquā Aegyptiū Moy uocāt. Satis
 igitur declaratū existimo, q; Manethon quare-
 nus ueterū scripia sequitur, nō mulū à ueritate
 aberrat. Vbi uero ad uulgares fabulas se uertit,
 aut absurdē eas confingit, aut in odiū gentis lo-
 quentibus credit. Post hunc inquirere libet in
 Charemonem. Hic enim Agyptiacā se scribere
 historiā professus, addens idē nomen regis quod
 Manethon, Amenophin, et filium eius Rha-
 messem, ait Isidem in somnis Amenophi appa-
 ruisse.

ruisse, incusancē q̄ templū suū per bellū dirutū
osset. Phritiphantē uero sacru scribā dixisse, sū
a pollutiis hominibus Aegyptū repurget, libe-
randū eum à nocturnis terroribus: atq; ita de-
leclu uitiosorum morbidorum habito, C C L.
milia ē finibus eiuslta. Duces uero eorum fuisse
scribas Mosen & Iosephū, quē etiā sacru scri-
bā fuisse: Aegyptia uero eis nomina esse, Mos̄
Tisihē, Iosepho Petesephi. Hos Pelusiu uenisse,
ibiq; offendisse C C L x x x. milia, ab A-
menophi relicta, qua is in Aegyptū trāsferre
noluerat: cū his iōlo sedere cōtra Aegyptum
expeditionē habitā. Amenophin autē nō expe-
ditio impetu eorū, in Aethiopia fugisse, relicta
uxore grauida: quā delitescentē in quibusdam
speluncis enixa puerū nomine Messenē: eū postea
quā ad uirile aetate peruenisset, expulisse Iudeos
in Syriā numero circiter ducēta milia, & pa-
rem Amenophin ex Aethiopia recepisse. Et
hac quidē Charemon. Rerar autē ex his ipsis qua-
dicta sunt amborū uanitatē apparere. Si quid
enim ueritatis subesset, impossibile erat in tan-
- eum eos discrepare. At qui mēdacia cōponūt,
nō aliorū scriptis consona scribunt, sed qua ipsis
libet configunt. Ille igitur regiā cupiditatē ui-
dendi deos, ait initium fuisse pollutos eīciendi.
Charemon autē suū de Iside somniū finxie: &
ille qdē Amenophin dixit indixisse regi par-
gationē: hic uero Phritiphantē. Iam mulierum

dinis numerus sancè belle congruit, illo octua-
ginta milia referente, hoc ducēta quinquagin-
ta. Praterea Manethon primū in lapidinas
eictos pollueos, deinde ad Quarim habitan-
dam traductos, ac reliqua Aegypto bello ue-
xata, ium demū acciuisse dicit a Hierosolymis
auxilia: Charemon, Aegyptio deceperes cir-
ea Pelusium inuenisse trecenta octuaginta mu-
lia hominū ab Amenophi relicta, ac cum illis
rursum Aegyptū inuasisse: Amenophinq; in
Aethiopiā fugisse. Quod uero egregiū est, ne
illud quidem quinam egyptiā unde erant tam nu-
merosus exercitus dixit. Aegyptiū ne an ex-
everti: neq; causam indicauit, ob quā eos rex in
Aegyptū inducere noluit: qui de leprosis egyptiā
Iside somniū cōfinxit. Moſi uero egyptiā Iosephum,
quasi eodem tēpore simul expulsum Charemon
adiūxit, et quidē quatuor atatibus ante Moy-
sen defunctū, quarū sunt anni ferè cētū septua-
ginta. Quin egyptiā Rhamesses Amenophis filius.
secundū Manetonē quidē adolescens bellū ad-
ministrat cū patre, egyptiā cum eodem exularat fuga
elapsus in Aethiopiā. Hic autē fingit cū post
patris obitū in spelunca quadā natū, egyptiā
pralio uictorē, egyptiā Iudeos in Syriam expellentē
numero circiter C. C. milia. O facilitatem: neq;
enim prius quinam erant illa C. C. C. L. X. X. X.
milia dixie, neque quomodo C. L. X. X. X. milia
perierint: in aciē ceciderint, an ad Ramessēn

transsuperine. Quod uero maxime mirum est, ne
cognoscere quidem ex eo licet, quo nomen vocet In-
daos, uel natis eorum det hanc appellationem: illis me-
tus CCCC L. milibus leprosorum, an his CCCC L. XX. x.
milibus, que circa Pelusium erant. Sed si uulcus for-
sasse sit redarguere eos, qui a semetiphiis regar-
guti sunt: ferendum enim erat utrumque, si ab alijs
redarguti fuissent. His addam Lysimachum, idem
quidem habentem cum predictis argumentis uen-
daci, uerum enormitate figurae illos uincetem.
unde apparet eum magno odio confinxisse: dicit
enim, Qua cypriate Bocchoris in Aegypto re-
gnabat, populu Iudeorum, quod essent lepra, scabie.
Et alijs quibusdam morbis infecti, ad tempora cofig-
uisse, ne mendicato alerentur: multis autem homi-
nibus morbo correptis, sterilitate in Aegypto
accidisse. Bocchorim uero Aegyptiorum rege ad
Ammonem, scitam oracula de sterilitate, misis-
se. Responsum uero a deo, repurganda esse templa
ab hominibus impuris et impiis, eiectis eis est
templo in loca deserta. Caterum scabiosos ac leprosos
mergendos, tanquam sole horum nitam agreferente
et templo expianda: atque ita fore ne terra fru-
ctuum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo,
accersueruntque sacerdotibus ac sacrificis, insessisse col-
lectis impuratis, hos multibus tradi deportando
in desertum: leprosos uero ac impetiginosos
plumbis lamenis involutos in pelagus deponi:
quibus submersis, reliquos congregatos et in

loca

loca deserua expositos esse, ut perirene: eos habito cōcilio cōsulisse de seipsis: ex nocte superueniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse: sequentiq; nocte ieiunatu, ut numē propriū eos seruaret. In sequenti uero luce à Mose quodam consiliū dictum, irene confecti una via, usq; dum ad loca culta peruenirent: tum praecepisse eum, ne cui hominū in posterū benevoli essent, utq; consiliū malum potius quā bonū dare: decorumq; templū ex altaria quoq; inuenirent euerteret. Quibus cōprobatis ac destitutis, muleiudinem iter fecisse per deseruum, ac post mules incōmoda tādem ad loca culta perueniū. Tum uero ex hominibus iniuriose eratatis, ex fanis compilatis ac incensis, uenisse in eam qua nunc Iudea dicitur: cōditāq; ciuitate hic habitare, urbem uero iepōvda ex re nominatam: aliquanto autē post iam auctos uribus mutasse nomen uitandi probri gratia, ex urbē Hierosolyma, seipso Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi inuenit regem, sed recentissimum nomen confinxit: ex omisso somnio ac propheta Aegyptio ad Ammonem abiit de impetracionis ex leprosis responsū relatus: ait enim ad templa collectam multitudine Iudeorum, incersum leprosis ne nomen imponens, an q; solos Iudeos morbus occuparit: dicit enim, populus Iudeorum. Qualis? aduena, an indigena? Cur igitur eos cion sine Aegyptiū, Iudeos

nocas? Quòd si hospites sunt, cur undēnans sine
non dicas? Quomodo autem cùm rex tam mul-
tos ex his mari mersisset, reliquos in loca deser-
ta eiecisset, tanta multitudine superfuit? an quo-
modo pertransierunt deserū, et occupaverunt
regionem quam nunc tenemus: et considerum
urbem, et extruxerunt templum apud omnes
celebre? oporebat autem de legislatore non so-
lum nomen dicere, sed et genus, quis nā. Et ex
quibus ortus: quamobrem nérò tales eis inter-
eundū aggressus sit ferre leges, de dīs, etiā erga
homines iniustas. Siue enim Aegyptiū erant
genere, non tam facile patios mores mutare po-
tuisse, sine aliunde erant, omnino aliquas ha-
bebant leges longa consuetudine obseruatas. Si
igitur de expulsoribus suis iurassene, nunquam
se illis fore benemulos, rationem non absurdam
habuissent. Quòd si bellum inclematum ad-
versus uniuersos mortales suscepserunt, cùm ef-
fensi (ut ipse ait) miseri, et omnium opis egeni,
maxima stulestia non illorum, sed hac fingeantur
ostenditur. Iste nāq; etiā nomen imposuē cinitatē
à templorū spoliatione, praesumpsi dicere, et hoc
postea fuisse mutatū. Mirū ni, quia postcris qui-
dē turpe fuit tale nomen et odiosum: ipsi nérò
qui fundauere urbē, ornare se metipos etiā no-
cabilo credidere. Hic autē generosus mir prā nō
mia detractionis impotētia non insellexit. Hie
rosolyma non idem uoce iudaica quod Graca

sig

significare. Quid ergo amplius quilibet dicere
contra mendacium tam impudenter exposum?
Sed quoniam congruam iam magnitudinem su-
cepit hic liber, aliud faciens principium, care-
ra presenüs operis explanare tentabo.

F L. I O S E P H I D E
A N T I Q V I T A T E I V D A E O-
r u m c o n t r a A p i o n e m A l e x a-
d r i n u m , a d E p a p h r o d i u m ,

L I B R U M . I I .



R I O R I quidē volumine, cha-
risime mihi Epaphrodite, de
antiquitate nostra monstrosi,
Phœnicū & Chaldaorū, Ae-
gyptiorūq; literis satisfaciēs ne-
ritati: muliosq; Gracorū cōscriptores adducēs,
& meā ē diuerso dispunctionē aduersus Mane-
thonē, & Charemonem, & alios quosdā exhi-
bui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui
contra nos aliqua conscripsere. Impulsus enī
sum cōtra Apionē respodere grāmaticū, si ta-
mē assumi hoc oporeat officiū. Horū igitur, que
ab eo cōscripta sunt, alia quidē similia sunt di-
ctis aliorum, alia ualde frigida. Plurima uero
quādā tātumodo detractionē habēta, & mul-
tā (ut ita dixerim) ineruditī probationē, tāquā
ab homine cōposita, & moribus prano, & so-
cīis uita sue temporibus imporento. Quia uero

multi hominū proper stultitiam suam h̄is potissimum
sermonibus capiuntur, q̄ illis qua multo studio cō-
scribūtur: ex derogationibus quidem gaudēt,
præconijs uerū mordet, necessariū duxi ne hūc
quidē inscrutatum relinquere, qui nos tanquam
in indicio criminauer. Et enim hoc quoq; ple-
risq; mortaliū insū video, ut gaudēant quoties
maledicūs quispiā ipse sua mala à laceſtino au-
dit. Et quidē nec orationē eius legere facile est,
neq; aperiē cognoscere quid dicere uelit: sed ue-
lue in multa tumultuatione ac mendaciorū per-
plexitate nūc similia supra pensuatis de maio-
rum nostrorū ex Aegypto migratione afferit:
nunc incolas Alexandria Iudeos calūniatur:
insuperq; de sacris tēpli nostri ceremonijs acq;
alij ritibus nostris accusationem admiscet. Pa-
eres igitur nostros nec Aegyptios genere faif-
fe, neq; ob labem corporum aut similem aliam
calamitatem inde pulsos, non medieviter solū,
sed penè ultra modum, superius à me declara-
tum existim: caserūm que his adiungit A-
pion, compendio memorabo. Dicit enim in ter-
cio rerum Aegyptiacarum hac: Moses, ut
acepsi à grandioribus natu Aegyptijs, Heliō-
politanus erat, qui patrījs inficiens morib. sub-
dinales precatiōes ad sepe qualia ciuitas ha-
bebat, reduxit: ad subsolanū anē omnia cōmer-
tebat. ita enim Heliopolis sua est: p obeliscis ue-
rō stant colūmas, sub quibus cēn pēnis forma

exp

esprimebatur: umbra uero in eam incidet, as-
pore per sudum, eundem semper cum sole cursum cir-
cumvoluebat. Atque huiusmodi est admiranda
illa huius grammatici phrasis. Mendacium uero
eius non tam nostris verbis evidenter coarguitur,
quam Moses operibus: neque enim cum primis tan-
bernaculis Deo costrueret, aut ipse ullam talis for-
mati ei indidit, aue posteros facere praecepit: atque
is qui postea templum Hierosolymis construxis
Solomon, omni tali curiositate abstinuit, quale
cofinxit Apion. Accepisse autem se dicit a ma-
ioribus natu Mosen Heliopolitanum: scilicet ipse
iunior, sed his fide habet, qui per aratrum illum fa-
miliariter noverat. Et de Homero quidem poeta,
quamvis grammaticus, non posset quanquam eius su-
eria certe affirmare, neque de Pythagora tantum
non heri nudiusne certius nato: de Mose uero
tam multis annis illos praecedentes tam facile de-
cernit, credens seniorum relationes: unde manifeste
illum metiri apparet. Quin et temporum rasio,
quibus Mosen ait eduxisse leprosos et cacos es-
claudos, belle coecinit iuxta grammaticum hunc di-
ligentissimum. Manetho enim regnante Teihmo-
si Indiaos dicit ex Aegypto discessisse, annis
ccccxci. ante quam Danus apud Argos
exularet, Lysimachus autem tempore Bocchoris re-
gus, hoc est anno annos M. D C C. Molon uero et
alij quidam, ut cuique nisum est. At uero Apion
cereris fide dignior, exinde illum exitum definitius

VI. Olympiade, ex huius anno primo: quo, ne
sit, Parni Carihagine considerat. Carihagine
autem mentionē adiecit, ratus argumentū id
veritatis se habiturū evidentissimum: nec am-
maduerit à semetipso adductū quo coargue-
retur. si enim de hac colonia monumentis Phoe-
nicū credendū est, in illis Hirā rex traditur an-
euior Carihagine cōdita annis plus quam CL.
de quo superius ex Phoenicū cōmentarijs pro-
baui, q̄ Solomonī templi Hierosolymitanī con-
ditori amicus fuerit. ex mulia ad tēpli fabricā
cōtulerit. Solomon uero adificauit tēplum post
Iudeorū discessum ex Aegypto annis DCXII.
Porro numerū pulsorū eundē quē Lysimachus
cōmentus (ait enim c. ex x. corū fuisse millia)
miram quandā & credibile reddit causam, cur
sabbatum nomenatus sit. Exacto enim (inquit)
sex dierū itinere, inguinū ulceribus affecti sunt:
et hac de causa septima dic quienerū, incolu-
mes cōstituti in regione qua nūc Iudea uoca-
tur: et appellauerū eam diē sabbatū, seruata
Aegyptiorū uoce: nam inguinis morbi Aegyptij
uocat sabbatō. An nō igitur uel de-
ridenda hec nugacitas, uel cōtra odio habenda
alis inscribendo impudentia? Apparet enim
q̄ omnes inguinibus laborauerint, hominum
millia centū & decem. Atqui si erant caci &
claudi & morbidi, quales fuisse Apion ait, ne
